

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9328

Auteur(s) : Geoffroy Plantagenêt, Bretagne (duc)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1185

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Geoffroy duc de Bretagne confirme à l'abbaye de Savigny les dons réalisés par ses ancêtres.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n° 211.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 703-704.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° LXXXIX)

Texte d'après A

Gaufridus Henrici regis filius, dux Britannie et comes Richemundie presentibus et futuris fidelibus salutem. Scripto presenti omnibus notum fieri volo quod ego pro amore Dei et salute mea et omnium antecessorum et successorum meorum concessi et confirmavi in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam ecclesie et monachis Savigneii grangiam de Campo florido cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus universis quam quam habent ex dono antecessoris mei Conani venerabilis Britannie ducis. Concessi etiam et confirmavi predictis monachis grangiam de Vaus cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus suis quam habent ex dono quorundam militum et aliorum fidelium et concessione episcoporum Redonensium. Ex dono Roberti de Vitreio et Andree filii ejus grangiam de Faiel cum omnibus pertinentiis suis et terram de Mesgaleri et grangiam de Lovigneio. Dedi etiam concessi et confirmavi predictis monachis ad exemplar antiquioris Conani et junioris Conani Britannie ducum in omnibus forestis meis pasnagium suorum porcorum et herbagium ad falcandum et ad pasturam pecorum et animalium et armentorum et ligna ad focum et ad edificia domorum suarum. Hec omnia que hic enumerata sunt concessi et confirmavi predictis monachis de Savigneio et omnes alias ipsorum res et possessiones et elemosinas ubicumque sint et ex cujus cumque dono sint in tota mea concessi et confirmavi et in custodia et in defensione mea suscepi. Volo itaque et precipio et firmiter constituo quatinus predicti monachi et eorum converti et homines

et famuli et omnis res ad ipsos pertinentes per totam terram meam habeant firmam pacem et prefatam libertatem et omnem quietantiam ab omni consuetudine et exactione et theloneo et passagio et pontagio et omni alio servitio michi vel heredibus meis faciendo. Facta est hec mea concessio et confirmatio atque constitutio apud Redones anno ab Incarnatione domini M^oC^oLXXX^oV^o. Testibus his Radulfo de Filgeriis, Mauricio cancellario, Alano Jumello, Ivone de Jallia, Petro Tornerio, Hamone Britone, Matheo Barter, Roberto de Apigneio, Jocado de Cenomanis et Jocelino scriptore.